

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae
& politicae**

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

Themata de partitione ingenvarum doctrinarum

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

THEMATA . DE PARTITIONE INGENVA- rum doctrinarum.

1.

DOCTRINÆ liberales , quibus animus libera ingenuaque hominis pars excolitur & perficitur , sunt vel *λόγοι* vel *πραγμάτων*. Divisio è subjectis.

2. *λόγοι*, quæ logicæ dicuntur, sunt Rationis vel Orationis tum puræ tum ornatae.

3. Suntq; generales : quia sunt commune philosophiæ instrumentum. Ideoq; adminiculantes dicuntur.

4. Rationis est Dialectica. Quæ *νέετος λογική* dicitur Organum doctrinarum , philosophiæ *ὑπερηφάνης*: Manus philosophiæ.

5. Orationis puræ est Grammatica : Ornatae Rhetorica.

6. *Πραγμάτων* seu Reales sunt, quæ à Peripatetica familia nomine philosophiæ , quæ rerum rationi subjectarum legitima doctrina est, continentur.

7. Suntq; Theoricae vel Practicæ. Divisio è finibus, quorum distinctionem patient objecta.

A.

8. Theo-

D I S P U T A T I O N E S

8. Theorica est, quæ intellectum in primis
veri cognitione perficit. Dico in primis: quia
interdum theoriam etiam actio sequitur, ut
causam effectus.
9. Estq; Communis vel Particularis.
10. Communis, quæ non tractat de certa
entis specie seu gradu, sed de ente universè
sumpto ac communi Deo & creaturis, & ejus
affectionibus atq; attributis. Hæc dicitur Pri-
ma philosophia.
11. Particularis, quæ agit de certa entis spe-
cie seu gradu.
12. Estq; secundum tres rerum formas seu
species triplex: Theologia, Physica, Mathesis.
13. Theologia est de divinis formis seu enti-
bus, quæ materiæ prorsus sunt expertia, nem-
pe de Ente Increato Deo: & Entibus creatis,
intelligentiis seu demoniis & anima à corpo-
re secreta: quatenus hæc naturali lumine
mentis nostræ cognosci possunt.
14. Hanc quidam primam Physicæ partem
faciunt. Aristoteles vero tradit eam in prima
philosophia, quam vocant Metaphysicam, eò
quod divina illa entia ad naturam Entis, pro-
ut ens est (quod in conceptu suo non includit
materiam) proximè accedant, cum sint im-
mutabilia, perpetua, & non materiata.
15. Physica seu physiologia seu naturalis
philosophia explicat de rebus penitus hæ-
rentibus

10811
teligionem impie
Dico inquit q[uod] uero
n adio legimus

el Pindar
non tuus deus
sed de eorum
eo & ceteris ipsi
pontis dicitur

e agit de amato
tree rem iusto
ogia. Rerum hui
circumstancia
riferuntur an
der gloriosus mihi
conducantur
huius sensu hui
scipio.

riman Physica p
et modis tenet
cans. Memphis
ad natum. Eam
cepta suo non
cedant, cum
non materialis
biologia seu no
de rebus pen
tibus

E T H I C A .

- Fentibus seu immersis in materia, ut sine hac
definiri & perfectè declarari non possint.
16. Est igitur corporum ætheriorum seu
coelestium & sublunarium.
17. Astronomia igitur, Geographia, Optica
& Musica ad physicam referuntur: ut pars ad
totum!
18. Astronomia enim de astris: Geographia
de terra: Optica de radiatura seu radius alpe-
sus: Musica de sonis harmonicis explicat:
Quæ subiecta omnia sunt physica: et si *μεθη-*
μανικῶς passim tractentur assumptis numeris
& figuris.
19. Physicæ praxis quædam cernitur in fa-
cultate Medica.
20. Mathesis agit de rebus seu formis, quæ
à materia & motu cogitatione abstrahuntur,
seu ita sunt in materia sensili, ut sine ipsa ta-
men definiri & sciri possint. Tales sunt Quan-
titates.
21. Estq; Arithmeticæ vel Geometria.
22. Arithmeticæ quantitatis discretæ, id est
numerorum.
23. Geometria quantitatis continuæ, id est
magnitudinum.
24. Has disciplinas vocant veteres Puram
& sinceram Mathesin ad differentiam Mixtæ:
(seu φυσικής) quo nomine appellarunt &
intellexerunt Astronomiam, Geographiam,
A 2 Musicam,

DISPUTATIONES

4 Musicam, & Opticam, quod Astronomia de magnitudine mobili & numero cœlorum: Geographia de quantitate terræ sensili: Musica de numero sonoro: Optica de lineis visualibus differat, & hæ scientiæ in præceptorum suorum explicatione numeros vel lineas & lineamenta (ut figuræ) adhibeant.

25. Geometriæ praxis quædam est Geodæsia, quæ agrorum & hortorum areas emetitur: montium intervalla, civitatum aut castorum spatia, fluminum fossarūmve træctus, turrum altitudines mensurâ comprehendit.

26. Hactenus de philosophia speculativa seu scientiis contemplatibus: Reliqua est philosophia practica, quæ Moralis dicitur.

27. Hæc dirigit actiones appetitus.

28. Estq; Generalior vel Specialior.

29. Generalior continet fundamenta & principia reliquarum partium; agens de virtute & summo bono omnium hominum.

30. Specialior est Oeconomica & Politica.

31. Illa de domus: Hæc de reipublicæ gubernandæ ratione agit tum pacis tum belli tempore.

32. Ad politicam pertinet civilis Jurisperdientia tota & magna pars Juris Canonici.

33. Historia, Poësis, Eloquentia sunt facultates ex multis disciplinis conflatae. Nam Poëta est & Grammaticus & Rhetor & Logicus & Phy-